

exceptis illis qui pro nomine cristi suo sang-
uine baptisantur. nullum hominem acceptu-
rum vitam eternam. qui non hic a malis su-
is fuerit per penitenciam fidemq; conuersus
et per sacramentum fidei et penitenciam idest
per baptismum liberatus. Et maioribus quide-
neceffarium esse. et penitenciam de malis su-
is agere. Et fidem catholicam secundum regu-
lam veritatis tenere. et sacramentum baptis-
matis accipere. Paruulos vero qui nec pro-
pria voluntate credere. nec penitenciam pro
peccato quod originaliter trahunt agere pos-
sunt. Sacramentum fidei et penitencie quod
est sanctu baptismus q̄ diu rationis etas eoru
capax esse non potest sufficere ad salutem.

Humilissime tene et nullatenus dubites
Reminem hic posse hominum peni-
tenciam agere. nisi quem deus illumi-
nauerit. et gratuita miseratione conuerterit.
Apostolus enim dicit. Ne forte det illis de-
penitenciam ad cognoscendam veritatem et
resipiscant a dyaboli laqueis.

Humilissime tene et nullatenus dubites. posse q̄de-

hominem quem nec ignorantia litterarū ⁊ nec
aliqua prohibet imbecillitas ⁊ vel aduersitas
verba sancte legis et euangelij siue legere si
ue ex ore cuiusq̃ predicatoris audire sed diui
nis mandatis obedire neminē posse nisi quē
deus gracia preuenerit ⁊ ut quod audit corpe
etiam mente percipiat ⁊ et accepta diuinitus
bona voluntate atq; virtute mandata dei face
re et velit et possit. **R**eq; enim qui plantat
est aliquid ⁊ neq; qui rigat sed qui incremen
tum dat deus ⁊ qui etiam operatur in nobis
et velle et operari pro bona voluntate.

Fermissime tene et nullaten⁹ dubites
deo incommutabili non solum prete
rita et presencia sed etiam futura om
nia incommutabiliter esse notissima cui dicē
de⁹ q̃ occultor es agnitor q̃ scis oīa atq; fiāt

Fermissime tene et nullaten⁹ dubites
trinitatem deum incommutabilem certū
omnium atq; operum tam suorū q̃ hu
manorum certissimum conditorē ante omnia
secula scire quib⁹ esset per fidem gratiam lac